



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

De castitate. Exercit. 75.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Oblatio.

Offeremus nos Deo ad tolerandam amore ipsius omnem aduersitatem, persecutionem & contumeliam: & calicem quem pro nobis bibit, epotare desiderabimus.

DE CASTITATE.

Exercit. 75.

Eccles. 25. Omnis ponderatio non est digna continentis anime.

1. Timot. 5. Te ipsum castum custodi.

Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti.

Galat. 5. Fructus autem spiritus, continentia, castitas.

Consideratio.

Considerabimus, quam speciosa & nobilis, sit virtus castitatis: quæ Angelis Dei nos similes reddit: & quam è contrario turpe ac vile sit luxuriæ vitium quod bestiis nos similes constituit.

Gratiarum actio.

GRatias referemus Deo; pro exēplis, quæ nobis in hac virtute prætulit: tum in semetipso, tum quod Virginē Matrē elegerit, quā potius voluit supra naturæ ordinem Virginem concipere & parere: quam pati, vt sancta ipsius virginitas violaretur

Confusio.

PVdore suffundemur, quod ab hac virtute tum opere, tum impunis cogitationibus & desideriis sæpè desciverimus.

Petitio.

PRecabimur Deum, vt nos in corpore & anima perfectè castos efficiat: nec patiatur in nobis aliquam immundam cogitationem moram facere.

Oblatio.

Offeremus nos Deo: suppliciter ipsum rogando cum Propheta Dauide, vt urat renes nostros, & cor nostrum igne Spiritus sancti, quo sic ab omni impuritate omnis libidinis,

EXERCIT. SPIRIT.

liberemur, quemadmodum aurum
quod septies per ignem transit, puri
Deo, qui purissimus spiritus est, di-
gne seruire valeamus.

DE ABSTINENTIA.

Exercitium 76.

Luc. 21. *Attendite ne grauentur corda vo-
stra crapula & ebrietate.*

1. Thess. 5. *Nos, qui filij Dei sumus, sobrii si-
mus.*

Eccles. 37. *Qui abstinens est, adijciet vitã.*

Consideratio.

Considerabimus, quam necessa-
ria & excellens sit hæc virtus: cū
sit mater castitatis, socia orationis, v-
nica ad Deum precandū preparatio:
ac denique animæ & corporis sani-
tas.

Gratiarum actio.

Gratias referemus Deo, pro exē-
plis, quæ per totam vitam suam
in hac virtute nobis prætulit: specia-
tim quadraginta illis diebus, quibus
in deserto ieiunauit.

Confusio.

ERubescemus, quod ab hac virtu-
te ha-